



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Calvinus & Beza) vel ad sua placita stabilienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmanda ...

In Epistolam B. Pauli ad Romanos

Stapleton, Thomas

Antverpiæ, 1595

Argumentum Cap. V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39447

Argumentum Cap. V.

PAVLVS hic effectus gratiæ Christi & bona iustificatorū enumerat: quod ut plenius ac subtilius faciat, comparationem instituit inter Christum & Adamum; inter dona Christi & delictum Adami: cuius recta intelligentia iustitiam nobis à Christo collatam mirificè illustrat. Porro quum bona iustificatorū amplissima enumerat, de illis solum iustificatis loqui censendus est, qui in accepta iustitia perseverant.

1. *Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus apud Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum.*

Abutuntur his verbis hæretici, ad certitudinem gratiæ, quam ponunt, confirmandam; quasi doceret Paulus, solam ex fide iustificationem ad pacem & securitatem de certa cuiusque salute sufficere. Ideoque legere volunt, *Habemus*, iuxta quædam Græca exemplaria, non, *Habeamus*. Sed neutra lectio hæreticos iuvat: quanquam & nostram sequitur Græcus Chrysostomus, multisque verbis exponit exhortationem hanc esse, non assertionem. Pax enim hoc loco nihil aliud quam bonum reconciliationis nostræ cum Deo significat, quam certè in iustificatione consequimur, sed non semper retinemus in pecca-

peccata grauiora relapsi. Porro tamen
 postolus doceret, habere omnes iustificati
 hoc ipso quo iustificantur, pacem illam
 securitatem cordis quam ponunt heretici,
 tamen doceret eos eandem semper habere
 nisi in quantum & quamdiu manet perferen-
 rantes in iustitia. Beza nihilominus, con-
 meratis huius loci expositionibus varijs,
 superbè (suo more) reiecit, nullo argumen-
 refutatis, suam tandem his verbis tradidit:
pereest vera illa pax mundo incognita, de qua loquitur
Apostolus, id est, incredibilis illa & constantis
mentis recreatio, qua fit ut de beneuolentiâ Dei
rus homo, superatis conscientia terroribus, dicit
cû Daude, Dominus illuminatio mea & salus mea
quem timebo? Quasi Dauid propter confidenciam
tiæ terrores solis impijs proprios (Viam
pacis non cognouerunt) hoc dixerit, ac non pro-
pus propter hostes eius externos. Vnde etiam
quem timebo? Non ait, quid timebo? quod
 sensu Bezae dicendum fuit. Sed demus
 nomine Apostolum hoc velle intelligi
 Hæc enim certè pax si non propriè hinc in-
 ligitur, saltem effectus eius est quæ hinc in-
 ligitur. Nam ex reconciliatione nostra cum
 Deo, quam per Christum iustificati consequi-
 quimur, sequitur animi illa securitas & tran-
 quillitas, qua Deum nobis propitium & protecto-
 rem esse minimè dubitamus. Sed hanc
 pacem & securitatem quid tandem generat?
 Subiungit Beza: *Vna fides, quæ verbo ipsius*

Beza cor-
 ruptio.

Psal. 13.

hanc Christum veram iustitiam apprehendit, hanc pacem adfert. Sed hæc vna fides Christum vt veram cuiusque credentis iustitiam apprehendens, nec à Paulo docetur, nec in vlllo verbo Dei, vt Beza hinc comminiscitur, reperiri potest: & ne longè abeamus, hoc ipso in capite à Paulo refutatur, vbi pax & securitas benevolentiae Dei erga nos, non vni fidei, sed charitati in primis alijsque virtutibus tribuitur. Quæ loca à Beza sicco pede prætermittit iam tractabimus.

3. *Gloriamur in tribulationibus, scientes quòd*
4. *tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem: spes autem*
5. *non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.*

Docet in his verbis luculenter Paulus, quid tandem illud sit quod pacem nostram cum Deo adfert, & propter quod gloriamur, magnaque læticia afficimur. *Gloriamur* enim hoc loco apud Paulum significat (vt ipse Beza exponit) nō modò quòd æquo animo & moderato sumus, sed etiam *magna læticia persusi*, nobis placemus de hereditate celesti qua nos manet. Vnde autem gloriamur? Dixit ante Apostolus, *Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* Sed vnde hæc spes gloriæ in nobis? An ex eo solùm quòd Christi iustitiam nobis imputatam fide apprehendimus? Nihil

S huius-

Gloriatio
& fiducia
fidelium
bonis o-
peribus
nititur.

huiusmodi apud Paulum, qui fidem apprehendentem aut iustitiam Christi imputat nunquam nominat. Ostendit ergo vnde spes gloriæ; docens nos non in nuda & imaginaria spe, sed in spe bonis operibus hanc gloriationem tenere. *Gloriamur in tribulationibus*: quæ vox latissime patet, non solum externas hostium fidei persecutio denotat, sed etiam quæcunque à mundo, carne, à diabolo patimur, dū contra illa fortiter pugnamus. Huiusmodi tribulationem longam catenam texit Paulus 2. Cor. 11. 4. quare in illis gloriamur, quæ etiam in magna ex parte sunt communes? *Sicut* (inquit) *quod tribulatio patientiam operatur* in ceteris tribulationis fructus & effectus est filijs Dei, quum apud impios tribulatio patientiā, sed desperationes, murmura, blasphemias, generet. Sed tribulatio timens Deum *patientiam operatur*, quia huiusmodi sciunt, omnem tribulationem vel ad iustitiam peccati pœnam, vel ad maiorem pietatis gloriam infligi. Patientia autem quid faciat? *Patientia* (inquit) *probationem operatur*, id est patientia probatio quædam est certum argumentum seu experimentum quod filij Dei sumus. *Si enim extra disciplinam sumus, peccati adulteri non filij sumus*, vt alibi Paulus ait. *Probatio* verò hæc quid demum boni adferat? *Probatio* (inquit) *spem operatur*, id est, generat, confortat, & auget spem nostram in Deo.

Heb. 13.

Sed hæc spes an incerta est, aut fallere nos potest? Minimè verò. *spes* (inquit) *non confundit*, id est, non suffundit pudore, sicut spes fallit. Et quare non confundit? quare firma & indubitata illa spes est, quam probatio per patientiam boni operis adfert? An quia ipsa bona opera in se, & in quantum à nobis proficiscuntur, talem spem generant? An quia spes & fiducia nostra in Deū, nostris operibus, aut nostra patientiæ, quatenus à nobis est, nititur atque fundatur? Minimè gentium. Rationem subiungit Paulus. *Quia* (inquit) *charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum s. qui datus est nobis*: id est, quia radix & origo huius probationis ac patientiæ in filiis Dei est donum charitatis, qua facit nos Deus dilectores sui, in cordibus nostris effusum, id est, largiter & copiosè impertitum, idque per *Spiritum s. qui datus est nobis*. Non quia etiam per Deum Patrem, ac Filium Dei, hoc donum non decur, sed quia Spiritui Sancto, quatenus est amor Patris & Filij, & ab utroque procedens, charitatis & amoris dona appropriantur.

Ad hoc verbum (quum in cæteris tacuerit) non nihil commouetur Beza, & quia contra imputatam ex fide iustitiam, proque inharenti charitatis cæterarumque virtutum iustitia plurimum facit, suo veneno inficiendum putavit. *Passiue* (inquit) *hoc accipiendum esse de ea charitate qua nos Deus complectitur,*

S. 2 non

non modo ostendit argumenti series, quomodo
 stantia nostra fundamento hic agatur, sed etiam
 Paulus ipse explicat infra, vers. 8. ubi dicitur
 Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, &
 Totum hoc ab optimo suo parente Calvino
 accepit Beza, qui dilectionem hoc loco non
 activam sed passivam accipi eisdem penitus
 affirmat, & eisdem argumentis probat. Ad
 tamen Calvinus hallucinari Augustinum, quod
 ter exposuit: quod sibi melius tacendum pro
 tavit Beza. Veruntamen utriusque heretici
 fauorem suae haeresis textum depravavit
 vnum opponemus Augustinum ante has con
 troverfias natum, ideoque interpretem
 magis indifferentem, ut cetera in eo clarissimi
 Doctore taceam. Longa & accurata dispu
 tatione quaerens & inuestigans S. Augustinus
 quae sit illa fides quam tanta consuetudine comen
 dat Apostolus, post multas & varias illius
 explicationes (quarum nulla est apprehen
 dens Christi iustitiam imputatam, quam nos
 nostri haeretici sibi confinxerunt) addit & istam
 Postremo, haec est fides quae per dilectionem operatur
 non per timorem, non formidando poenam, sed amantem
 iustitiam. Vnde ergo ista dilectio, id est, charitas
 quam fides operatur, nisi vnde illam fides ipsa
 trahit? Neque enim esset in nobis, quantumcumque
 sit in nobis, nisi diffunderetur in cordibus nostris
 Spiritum S. qui datus est nobis. Charitas quae
 Dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non
 nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos

Charitas
 diffusa in
 cordibus
 nostris est
 illa qua
 diligimus
 Deum.

De spir.
 & litera
 cap. 31.

Augustini
 explicatio
 contra
 Cal. &
 Bezam.

instituta Dei, qua iusti eius munere efficiuntur; & Domini salus, qua nos saluos facit; & fides Iesu Christi, qua nos fideles facit. Hæc est iustitia Dei, quam non solum docet per legis præceptum, verum etiam dat per Spiritus donum. Hæc Augustinus, tum ex alijs Scripturarum locutionibus, tum ex natura iustificantis fidei, eius videl. qua per dilectionem operatur, luculenter ostendens charitatem Dei diffusam in cordibus nostris non esse, vt Calvinus ac Beza affirmant, charitatem passiuè acceptam, qua nos à Deo diligimur, sed esse charitatem in nobis & in nostris cordibus, qua nos Deum diligimus, actiuam & operantem iustitiæ.

Et quis nisi absurdissimè dicat, *diffundi in cordibus nostris*, quod extra nos est, & in solo Deo est? Mouit etiam Calvinum hæc vox *diffusa*.

Probatuz ex litera Apostolica.

Multam (inquit) *emphasim* habet. Significat enim adeo vberem esse diuini in nos amoris reuelationem, vt corda nostra impleat. Ecce, fecit hoc verbum vt charitatem hanc in nobis esse, nostraque corda illa impleri fateretur: sed quoad notitiam tantum eius, non quoad gustum. De quo eius commēto mox videbimus. Tenendum interim est de charitate hinc Paulum loqui, *qua corda nostra impleat*. Charitas enim qua Deus nos complectitur, sic Dei est, vt in solo Deo sit; sicut amor amantis in amante est, non in ipso amato, qui frequenter amantem non redamat, sed odit. Charitas autem Dei, quam Paulus hinc prædicat tanquam fi-

ducia & spei nostræ fundamentum, sic dicitur
est, ut à Deo quidem authore sit, ideoque
Dei, sed nostra quoque, quia in ipsis cordibus
nostris diffusa, qua nos ipsum Deum diligimus
estque proprium & primum donum Spiritus
Sancti, qui datus est nobis. Quod eodem
libro explicans Augustinus sic scribit: Hoc donum
Spiritus Sancti est, quod diffunditur charitas
in cordibus nostris: charitas non qualibet, sed charitas
Dei, de corde puro, & conscientia bona, & sine
ficta, ex qua iustus in hac peregrinatione vivit.

Cap. 27.

Charitas
à Deo no-
bis inha-
rens est
lex scripta
in cordi-
bus.

Denique charitas Dei diffusa in cordibus
nostris adeo in nobis est, non in Deo, tamen
à Deo, ut per hanc charitatem nobis inha-
rentem & immanentem, donec per peccatum
illam excutimus, & Spiritum S. à nobis ex-
pellimus, leges Dei scribantur in cordibus
nostris; quod novi Testamenti & foederis pro-
prium donum esse, post Ieremiam Paulus de-
cavit. Quod his verbis eodem in opere expli-
cat Augustinus: Quid sunt leges Dei ab ipso
scripte in cordibus nostris, nisi ipsa presentia Spiritus
Sancti, qui est digitus Dei, quo presente diffusa
charitas in cordibus nostris; quæ est plenitudo legis
& præcepti finis? Hanc totam presentiam
Spiritus Sancti in nobis, quæ tamen tanta est, ut
propterea Deus nos inhabitare dicatur, nosque
Spiritum Dei inhabitantem habere, & tempore
esse, negant impij hæretici cum Pelagianis
antiquis. De quibus sic conqueritur Augustinus:
Istam gratiam qua iustificamur, id est, qua charitas

Cap. 21.

Rom. 8.

De grat.
Christi
cap. 30.

Quid sunt leges Dei ab ipso
scripte in cordibus nostris, nisi ipsa presentia Spiritus
Sancti, qui est digitus Dei, quo presente diffusa
charitas in cordibus nostris; quæ est plenitudo legis
& præcepti finis? Hanc totam presentiam
Spiritus Sancti in nobis, quæ tamen tanta est, ut
propterea Deus nos inhabitare dicatur, nosque
Spiritum Dei inhabitantem habere, & tempore
esse, negant impij hæretici cum Pelagianis
antiquis. De quibus sic conqueritur Augustinus:
Istam gratiam qua iustificamur, id est, qua charitas

tas Dei diffunditur in cordibus nostris per Spiritum
 Sanctum qui datus est nobis, in Pelagij & Celestij
 scriptis, quacunque legere potui, nusquam eos inueni
 quemadmodum confitenda est confiteri. Hæc ille.
 Eandem nec hodie in hæreticorum scriptis
 facillè inuenias, & Calvinus ac Beza, vbi cla-
 rissimis verbis ab Apostolo ponitur, eam
 confiteri detrectant, & explicatione peruersa
 Apostoli verba corrumpunt.

Sed cur ita sensum verborum manifestum
 corrumpit post Calvinum Beza, duas cau-
 sas adfert ex Caluino Beza, quæ dissimulan-
 dæ non sunt. Prima est, quia *argumenti series*
hoc ostendit, quom de constantia nostra fundamento
hic agatur. Atqui hæc ipsa ratio pro literali
 verborum sensu à nobis ex Augustino iam
 explicato fortissimè militat. Cōstantiæ enim
 nostræ, qua in tribulationibus patientiã ser-
 uantes probamur esse filij Dei, ideóque spem
 gloriæ filiorum Dei concipimus, adeóque
 spem firmam quæ non cōfundit, quod aliud
 fundamentum est, quàm ardens illa in nobis
 Dei dilectio, ab ipso Deo cordibus nostris
 immissa, & infusa, quæ facit vt Deum vni-
 cè diligentes, pro eius amore & beneplacito
 quascunque tribulationes patienter tole-
 mus? Quis nescit quanta sit amoris vis & ef-
 ficacia, siue ad bonum, si bonus ac pius amor
 est, à Spiritu Sancto datus; siue ad malum, si
 impurus & impius amor est, à spiritu mali-
 gno suggestus, vel à carne propria excitatus?

Argumē-
 ta Caluini
 & Beza
 refutan-
 tur.

Obiectio At, inquit, fundamentum omnis virtutis nobis Dei potius erga nos dilectio est, quam nos in filio suo, credentes in eum, diligere complectitur. Et huius erga nos amoris fiducia maximæ nobis cōsolationis loco.

Respons. Fundamentum haud dubiè, id est, causa eademque primaria & excellens Dei erga nos favor ac clementia est omnium eorum, quæ in nobis bona sunt aut esse possunt. Sed causa horum omniū principaliter efficiens Dei in nos amor est, causa meritoria Christus pro ea quæ pro nobis fecit ac passus est, causa moralis ipsa proximèque efficiens diffusa Dei charitas in nobis, quæ facit nos diligere Dei, & qua Deum ipsum diligimus. Sic enim vnus ignis est, qui & in se ardet, & alios ardere facit; sic vna & eadem charitas in nobis est, qua & Deum diligimus, & qua facit vt Deum diligamus. Omnes istæ causæ fundamenti nomen habere possunt, quatenus omnem patientiam sanctam ac virtutis operationem omnes concurrunt. Sed qui vnam ponit, alias propterea negare non debet, quum vnā causam Scriptura ponit, aut illam solam ponere putanda est, aut ad aliam trahi debet quàm loco præsentis intendit tradit. In quo frequenter hodie hæretici peccant, Scripturasque corrumpunt, vt nunc loco Beza: quod ex altera, quam attexit, causa manifestum fiet.

Secundam causam ponit Beza, quia Paulus

Ius ipse explicat infra vers. 8. se de charitate illa loqui qua Deus nos cōplectitur. Ait enim ibi: *Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quoniam, quū adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Verissimum est, hoc quidem in loco de ea charitate Dei Paulum loqui quæ in ipso Deo est, & qua nos diligit: sed quemadmodū modus loquendi diversus hoc loco, & argumenti series manifestè hunc sensum tradit; ita advertere debuit Beza, modū loquendi alium in alio præcedenti loco, alium necessariò sensum postulare. Hic dicit Paulus, *Commendat charitatem suam Deus*: quod nisi de propria Dei charitate intelligi non potest. Ibi dicitur, *Charitas Dei diffusa in cordibus nostris*: quod non nisi de charitate quæ nobis inest, nostraque propria est, intelligi potest. Dei tamen dicitur, quia à Deo est, quod Paulus ipse explicat addens, *Per spiritum S. qui datus est nobis.*

Alterum Beza argumentū refutatur.

Deinde argumenti & disputationis Pauline seriem advertere debuit Beza. Quum enim spei nostræ & fortitudinis vnam causam posuisset Paulus, ipsā in nobis dilectionem Dei à Deo nobis donatam; nunc aliam addit ex parte Christi spem nostram confirmatis. *Ut quid enim (vel potius præterea, ἐτι καὶ) Christus, quū adhuc infirmi essemus, id est, ad tribulationes ferendas & ad patientiam boni operis valde debiles, secundum tempus, seu tempore opportuno & illi placito, pro impijs*

Apostolice disputationis series.

S 5 mortuus

mortuus est? Hanc igitur Christi charitatem
 in nos amplificans, addit, *Commendat chari-*
tem suam Deus in nobis, &c. moxq; inferre
 intendebat: *Multo igitur magis nunc in*
sanguine ipsius, salu erimus ab ira per ipsum.
 hanc collectionem sanè fortissimam ad
 in sequentibus vrget magis. Volens igitur
 aliam rationem & causam spei ac pacem
 nostræ inducere, Dei videlicet & Christi
 erga nos eximiam charitatem; quid mirum
 sicuti ab vna causa ad aliam transit, sic
 vna charitate in aliam digreditur? Nihil
 igitur hæc duplex Bezae coniectura, seu
 sectatum potius seducendi studium, com-
 liquidissimum sermonis Apostolici sensum
 facit.

Caritas
 fiducia
 cordis
 fundamē-
 tum.

Quibus ita explicatis, illud quoq; perspicuum
 fit, non in vna fide, Christi iustitiam
 apprehendente, pacem & securitatem esse
 de diuina erga nos benevolentia consistentem
 vt hæretici pestilentissimè docent; sed in
 euidentem Apostoli doctrinam, hæc pacem
 & gloriationem nostram in varia patientia
 ac probatione sitam esse, spemque ex bonis
 operibus conceptam ideo non confundentem
 quia charitate Dei flagrant corda nostrorum
 tanquã certissimo testimonio Spiritus Sancti
 habitantis in nobis, & totius pietatis radicem
 ac principio proximo.

Caluini
 proprium
 cōmentū
 refellitur.

Sed nunc proprium Caluini commentum
 de notitia & reuelatione charitatis Dei expone-
 mus.

nos, quam hoc loco per charitatē Dei significari vult, excutiendum est. Hæc (inquit) divina erga nos dilectionis notitia cordibus nostris instillata est per Spiritum Dei. Solus enim Spiritus potest eam patefacere. Et multam habet emphasim participium, diffusa: significat enim ad eum vberem esse divini in nos amoris revelationem, ut corda nostra impleat. Totam hanc interpretationem merito explodimus, primò, ut novellam ac prophanam atque à doctissimo Scripturarum interprete Augustino disertè reiectam: deinde, quia tamen aliqui Patres de dilectione Dei erga nos hæc verba exponunt, ut Origenes, Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius, Sedulius in hunc locum, tamen nec de notitia & revelatione charitatis, sed de ipsa Dei charitate locum intelligunt, & præterea iidem omnes de charitate qua nos Deum diligimus exponunt, ut de utraque intelligi possit. Cæterum de notitia ac revelatione dilectionis Dei erga nos, eiusque in nobis persuasionem, ut postea Calvinus addit, nemo hæcenus exposuit; ne ipse quidem Philippus Melanchthon, qui ipsam dilectionem Dei intelligendam affirmat, & addit: *Et simul verum est, tunc in corde vicissim accēdi dilectionem nostram erga Deum.* Quisensus quia Calvinus totus duplici, totius virtutis & pietatis cordibus humanis à Deo instillatæ iurato hosti, non ipsam dilectionem Dei, ut Paulus loquitur, sed quandam eius notitiam ac revelationem,

qua

Calvinus
Apostoli
verbum
extrudit
ut suum
supponat.

qua persuasi sunt fideles à Deo se amari, de hoc rebro supponit. Atqui de ipsa charitate Paulus loquitur, nō de aliqua eius notitia

perfuasio. Hæc dicit *in cordibus nostris* *insillatam*, & vt Calvinus loquitur, *insillatam*. Notitia autē aut perfuasio non est aliquid eorum bus insillatum aut diffusum, sed est aliquid

1. doni aut boni insillati atque diffusi effectus nota, ac testimonium. Deinde hæc diffusi in cordibus fieri dicitur *per Spiritum S. qui datus est nobis*, id est, per aliquod donum Spiritus Sancti. Neque enim datur nobis Spiritus Sanctus essentialiter tantum, sed datur datur quum aliquod eius donum datur. Accipere Spiritum S. in Scripturis dicitur, quod aliquod eius donum acceperunt. Et in Pentecostes donis illis tam virtutis exteriorum in Apostolos diffusis, pronunciat Petrus completam esse prophetiam quæ dixit, *Effundam in vos Spiritum meum*. Charitas igitur diffusiva in cordibus nostris *per Spiritum S. qui datus est nobis* est aliquod donum nobis datum, & vicissim à nobis acceptum (hæc enim mutuam relationem necessariò habent) ac per hoc nobis in hærens. Dilectio autem Dei nobis in hærens illa sola est, qua nos ex dono gratiæ eius diligimus, & quia diligimus, omnia propter nos recipimus aduersa toleramus. *Valida enim sicuti*

Cant. 8.
3. dilectio. Quæcunque perfuasio diuina autem ris erga nos, nisi nos vicissim Deū diligemus.

mus, tristitiã in rebus aduersis non mitigaret. Imò talis persuasio in multis qui Deum non diligunt, tristitiã auget. Existimant enim, quãto magis à Deo diliguntur, tantò minùs debere se aduersa pati, tantò magis ab omnibus rebus aduersis à Deo se custodiri ac protegi oportere. Dilectio autem ipsius Dei, in nobis Dei munere inherens, omnia per se tristissima in dulcedinẽ cõuertit. Vnde Paulus: *In his omnibus superamus propter eũ qui dilexit nos*, id est, propter amorem eius qui nos prior dilexit, suaque in nos dilectione hunc in nobis amorem, hanc malorũ tolerantiam effecit. Notitia autẽ & reuelatio aut persuasio diuini erga nos amoris absque nostra in Deũ dilectione (qualem persuasionẽ Calvinus ponit, ideoque ponit, vt omnem inherentem nobis Dei charitatem hac arte eludat) murmura & difficultates parit, non patientiam ac tolerantiam malorum. Ita suo nouello sensu totum Apostolicã disputationis filum implicatum & contortum Calvinus reliquit.

Præterea dilectio in Scripturis & ex rei natura affectũ significat voluntatis proprium & ipsius diligentis, seu Dei erga nos, seu nostrum erga Deum. Atqui notitia, reuelatio, persuasio nullum affectum voluntatis significat, sed quendam intellectus actũ. Postremò, si charitas hoc loco *non actiue sed passiuẽ capienda est* (vt Calvinus affirmat) notitiam aut persuasionem quã nos actu consoletur,

quã

Rom. 8.3

4.

5.

que tristitiam in rebus aduersis mitiget, que exercitia temperet (quod totum Calvinus dicit) significare non potest. Quicquid nos consolatur, actiuum est, & agit in rebus non patitur; quicquid mitigat, quicquid temperat dolores, agens aliquod est, motuans. Ita vndique absurdissima Calviniana prauatio retunditur.

18. Igitur sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem; sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem.
19. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi; ita & per vnius obedientiam iusti constituentur multi.

IN hac duplici sententia conclusio comparationis Apostolicæ de comparatione inter Christum & Adam, quam à versu 18. incipit, continetur, & anastrophe illius, & hiatus & sermo interruptus versus 19. per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in his duobus versibus 18. & 19. completur, plenaque ac perfecta antithesis ostenditur. Et prius quidem huius antithesis membrum de peccato Adæ, quod omnibus ab eo propagati contraxerunt, omnino die nobiscum hæretici agnoscunt, nisi quod in eo enormiter aggrauando modum exasperauerunt, de quo in opere nostro de Iustificatione lib. 1. & 2. disputauimus. Alterum verum

parationis Apostolicæ membrum, de vnius Christi iustitia quæ in omnes homines in iustificationem vitæ peruasit, & per quam iusti constituentur multi, maxima hodie cum illis controuersia est. Quare totam hanc antithesim Apostolicam ex parte posterioris huius membri insigniter corrumpit in suis ad hunc locum annotationibus Theodorus Beza, Calvinum & alios huius temporis hæreticos imitatus. Quem Beza hoc loco excutiemus, quia multo copiosius & accuratius hunc locum tractat quam Calvinus. Sic ergo scribit: Ag-

gregatur nunc Apostolus alterum caput imputatae Christi iustitia: & hæc est tota collatio iniustitiæ Adami & iustitiæ Christi, illius videlicet per propagationem, istius verò per imputationem nobiscum communicata. Iustitia Christi hoc loco merum est Dei donum nobis imputatum, non autem inherens, ne quis me putet de nostra regeneratione hæc differere. Et paulò post: Confertur Adamus cum Christo tum in re simili, tum in contraria. Similes enim sunt in eo quod vterque, quod suum est, cum suis communicat: sed in eo planè dissimiles, quòd ille peccatù in suos natura deriuat in mortem, Christus verò suam iustitiam cum suis per gratiam communicat in vitam. Rursum paulò inferiùs: De reatus Adami propagatione propriè agit hic Apostolus, cui opponitur imputatio obedientiæ Christi, quæ per imputationem cum fidelibus communicata, eos etiam imputata iustitia induit. Tandem concludit: Vetus ille sophistarum error, qui pro imputata iustitia inha-

Apostolice
disputa-
tionis
corruptio
Bezana.

inherentem qualitatem substituunt, tantus est
 que execrandus omnibus, ut nihil eque fugi
 putem. Hæc Beza, totam antithesin et
 parationis Apostolicæ vim ex posteriori
 parte nefariè & execrandè corrupens. Ita
 quippe Apostoli disputatio, & hæc ma
 me conclusio, veram & inherentem
 iustitiam per Christum impertitam lorde
 tissimè probar. At enim Apostolus quæ
 cut per vnius Adami delictum & inobedientiam
 nes homines condemnati sunt, & peccatores
 stituti; sic per vnius Christi iustitiam & obedi
 tiam omnes homines iustificationem vitæ
 sequuti, & iusti constituti sunt. At verò per
 mi delictum omnes homines sic peccatores
 constituti sunt, ut verè & realiter omnes
 eo propagati nascantur peccatores, nec
 imputationem inobedienciæ Adami, sed
 vero reatu singulis inherente, *filii iræ* (verbi
 lus alibi dicit) & veri peccatores sint. In
 partem comparationis ut omnes hodie
 tici ambabus vlnis amplectuntur, & peccato
 originalis ab Adamo contracti grauitate
 supra modum exaggerant (ut olim
 eos disputando ostendimus) sic & ipse
 hoc loco agnoscit, scribens omnes homines
 nè reos nasci, contracta iam inde à primo
 culpa. Calvinus quoque his verbis: *Ad
 Ada non per solam imputationem damnatur
 ideo quia & culpa sumus rei, quatenus natura
 in illo vitata iniquitatis reatu constringitur.*

Apostoli
 ca dispu
 tatio ex
 plicatur.

Ephes. 2.

De Iusti
 fic. lib. 1.
 cap. 13.

si collatio Apostoli vera est, per iustitiam & obedientiam vnus Christi omnes in eorena-
 ti sic iusti constituti sunt, vt inhærentem iu-
 stitiam habeant, verèque & realiter iusti
 sint. Propagationi carnali ex Adâ, per quam
 culpa non imputatur, sed verè contrahitur
 (vt Beza & Calvinus agnoscunt) responder
 spiritualis regeneratio in Christo (quam hîc
 ab Apostolo intelligi negat Beza, sed neces-
 sario intelligenda est, vt vera ac perfecta sit
 collatio) per quam iusti constituuntur qui
 regenerantur. *Dedit enim eis potestatem filios Dei*
suos (non reputari aut haberi tantum) *qui ex*
Deo nati sunt. Et rursum: *Videte qualem charita-*
tè dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur & simus.
 Quare sicut per inobedientiam Adæ pecca-
 tores nominamur & sumus, non nomina-
 mur aut reputamur tantum: sic per obedi-
 entiam Christi iusti nominamur & sumus, non
 nominamur aut reputamur tantum. Con-
 tracta igitur per Adamum culpæ, verè sin-
 gulis ex eo natis inhærenti, responder data
 per Christum iustitia, omnibus ex eo renatis
 verè inhærens. Propter hanc verè inhæren-
 tem iustitiam, Christi beneficio nobis imper-
 titam, dicit Apostolus, *Iusti constituentur multi:*
 non dicit, deputabuntur iusti.

Vtitur vocabulo ad inhærentem iustitiam
 explicandam accommodatissimo, *κατασάδη-*
σθησι. Cuius vocabuli vim prorsus hoc loco
 dissimulat Beza, in aliarum dictionum pro-

T prierate

Ioan. 1.

1. Ioan. 4.

prietate & energia explicanda curio-
 mus. Sed frequens eius in Scripturis
 manifestè docet hoc vocabulo signifi-
 non imputationem aut denominationem
 externam, sed veram & inhaerentem
 quisionem ac possessionem. Vt in
 dem vocabulo Lucas: *Super omnia*
suas constituet eum: καταστήσει αὐτὸν & post
 uidem Paulus, vel eius interpres Cleme-
 Hebr. 2. *Constituit eum super omnia opera manuum suarum*
κατέστησας. An hæc constitutio imaginaria
 qua & imputatio, ac non vera & realis sit
 Jac. 2. Deinde quod Iacobus dicit, *Qui amicum*
mundi esse vult, inimicus Dei constituitur. An
 veram ac realem Dei inimicitiam non de-
 gnatur? An mundi amatores inimici Dei
 bentur quidem & reputantur, verè tamen
 in sese amici Dei sunt, sicut de iustis scribit
 Beza quòd in sese impij coram Deo iniusti
 Rom. 4. reputantur? Sic enim illud Apostoli, *Quis*
faciat impium, impius ille corruptor Pauli
 posuit, vt supra ostendimus. Sed quæ
 modum nemini dubium est, amatores
 di inimicos Dei ita constitui, vt verè
 sint, & vera turpitudine imbuti, propter
 inimici Dei sunt; sic omni dubio proceden-
 tum est, per obedientiam Christi ita
 constitui credentes in eum, vt verè iusti
 veraque fide & charitate alijsque virtutibus
 imbuti, propter quas iusti sunt.

Deinde antithesis ista & cõparatio Ap-
 stoli

Vocabuli
 Apostoli
 eius &
 proprietatis
 inhaerentem
 iustitiam pro-
 bat.
 Cap. 12.

Hebr. 2.

Jac. 2.

Rom. 4.

sollicita in hoc etiam consistit & coheret, quod
 sicut inobedientia & delictum Adae causa
 fuit non imputatia aliqua condemnatio
 nostra aut peccati in nobis, sed efficiens
 quaedam ex antecedente voluntate Dei, qui
 iustitiam Adamo dedit, ut per illum toto
 generi daret si in ea perseverasset, à toto
 genere auferret si caderet, tamen si quoad illū
 inuoluntaria; sic Christi iustitia & obedi-
 entia, id est, meritum passionis eius, in qua hu-
 militate semetipsum, factus obediens Patri usque ad
 mortem. (hac enim est Christi iustitia de qua
 hic Paulus loquitur, summa illa in Cruce
 obedientia, nō tota Christi iustitia aut habi-
 tualis, aut actualis, qua totā legem exactissi-
 me impleuit, ut cōmunicentur haeretici) est
 causa iustificationis nostrae, non imputatia
 aliqua, sed meritoria, maximēque volūtaria.
 Nam ut nondum erat Spiritus gratiae datus, donec
 Christus esset glorificatus; sic eo semel gloria-
 to, effusus est abunde, in Apostolos primum
 ipso die Pentecostes, ac demū in alios om-
 nes in Christo baptizatos, idque ad aliquod
 tempus, cum visibili signo variorum dono-
 rum. In hunc quippe finem, & ad hunc ef-
 fectū in credētibz omnibus producendum,
 dedit semetipsum pro nobis, ut militaret sibi populum
 acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Sic per
 Christi obedientiam iusti constituti sunt multi;
 non quod Christi iustitia aut obedientia illis
 imputetur, sed quod per hanc eius obedi-

Antithesis
 Apostoli-
 ca magis
 explica-
 tur.

Philipp 2.

Ioan. 4.

Tit. 2.

Tit. 2.



tiam gratia diuini Spiritus illis communitur, per quam fiunt sectatores bonorum operum.

Gratia
bonorum
operum
mater,
donum
Christi
contra
Adami
delictum.

Hanc gratiam bonorum operum mater nobis à Christo impartiri, & hoc esse donum Dei quod delicto Adami Paulus opponit, eius disputatio manifestè docet: *sicut per vnum peccatum, ita & donum. Nam iustum quidem ex vno in condemnationem, gratiam autem ex multis delictis in iustificationem.* Et quidem est aliqua gratia Christi communitio, multo felicioris peccato Adæ, quod vno peccato potuit omnes perdere. Christus autem non hoc vnum tantum peccatum ex eo contractum, sed & omnia delicta deleuit, vt iustificentur credentes eum. Sed maior est commendatio que sequitur: *Si enim in vnius delicto mors regnauit per vnum multo magis, abundantiam gratia & donum & iustitia accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum.* Abundantiam gratia, & gratiam exuberantem dicit, quia non solum ad interitum peccati, sed etiã ad profectum virtutis data est. Quare ad illam abundantiam gratiam exponendam adiunxit, & *donationis iustitia*; καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης. Nam illud secundum, & , in nostro textu non habetur in Græco, & iuxta Beza perperã ponitur in Latino: quod certè pro nobis plus facit. Hæc enim donatio, seu donum iustitiæ, est ipsa iustitia nobis donata.

Gratia
abundan-
tia per
Christum.

ta, & à nobis accepta. Hæc enim duo, dare & accipere, correlatiuè se habent. Quare impostor Beza vocabulum *donationis* à vocabulo *Beza im-*
postura. *iustitiæ* diuellit, & iustitiæ nomine ait *iustitiã* Christi intelligi *fidelibus imputatam, non autem*
qualitatem homini inherentem : quod (inquit) *indicas* vocabulum *περισσείας*, abundantiæ, nisi quis opera *supererogationis* velit ex *Satana officina*
inaebere. Homo impudens ex vocabulo abundantiæ iustitiã imputatiuam vult inferre, quasi nulla esse possit verè nobis inhærens gratiæ Dei abundantia. Quod si ita est, mentitor alibi idem Paulus, qui de Spiritu gratiæ dicit, *quem effudit in nos abunde.* Neque Tit. 3.
 enim vox illa *περισσεια*, abundantia, cum iustitiã, sed cum gratia à Paulo in hoc ad Rom. loco coniungitur. Dicit, *abundantiã gratiæ & donationem iustitiæ.* Sed & si iustitiæ abundantiam Apostolus dixisset, an de vera fidelium ipsorum iustitiã hoc intelligi absurdum putat Beza, vt necessariò ad imputatam nobis Christi iustitiã refugiendum sit? Audiat ergo alias Scripturas quæ eodem *περισσείας*
 vocabulo *abundantiã iustitiæ* seu variarum virtutum, vnde iusti sumus, aperte docet. Idem Paulus sic scribit: *Vt abundetis in spe, & virtute* Rom. 13.
Spiritus Sãcti: & τὸ περισσεύειν ἑαυτῶν. Quid aliud est abundare in virtute Spiritus Sancti, quàm abundare in iustitiã ex potèri virtute & gratia Spiritus S. qui datus est nobis, *diffusa charitate* Rom. 5.
 idque abunde in cordibus nostris? Rursum idem Tit. 2.

T 3 Paulus:

1. Cor. 15. Paulus: Itaque, fratres mei dilecti, stabiles estote immobilis, abundantes in opere Domini sciens quod labor vester non est inanis in Domino
πεπιστευοις εν τω εγω τω Κοπις. Quid aliud abundare in opere Dñi, quam abundare iustitia per bona opera, ad gloriã & cultum Dei suscepta? An verò mentitus est Paulus?

1. Cor. 2. quum iterum ad eisdem scriberet, si in omnibus abundatis (εν παντι πιστευατε) fide & amore & scientia & omni sollicitudine & charitate vestra in nos, ut & in hac gratia abundetis? An verè abundabant non fide tantum aliquid donis, sed & ipsa charitate, iustitiae abundantiam hanc in illis fuisse negare quis potest? Deinde, quod hortatur ut etiam in gratia eleemosynaria abundent, nonne oportet ad opus quoddam supererogationis eos hortatur, videlicet ad quod ex nullo Dei mandato obstricti fuerat? An hanc quoque Pauli doctrinam ex Satanae officina inuictam fuisse blasphemabit Beza?

Sed alias Scripturas audiamus. An eisdem Corinthios Paulus: Potens est Dominus unquam gratiam abundatè facere in vobis (κατα ελεησιν) ut in omnibus semper omnem satisfactionem habentes, abundetis in omni opere bono
πεπιστευοις εις παν εργον αγαθον. Eccc, haec abundantia gratiae, & donatio iustitiae (quam loco Paulus à Christo nobis exhiberi affirmat) abundate in omni opere bonum: quod abundare in operibus iustitiae, quae quidem à Christo

2. Cor. 9. Potens est Dominus unquam gratiam abundatè facere in vobis (κατα ελεησιν) ut in omnibus semper omnem satisfactionem habentes, abundetis in omni opere bono
πεπιστευοις εις παν εργον αγαθον. Eccc, haec abundantia gratiae, & donatio iustitiae (quam loco Paulus à Christo nobis exhiberi affirmat) abundate in omni opere bonum: quod abundare in operibus iustitiae, quae quidem à Christo

Opus supererogationis.

à Christo & eius gratia procedunt, sed in
 nobis & nostra sunt. Eodem ferè modo ad
 Thessalonicenses Paulus scribit: *Vos autem* ^{1. Thess. 5.}
Dominus multiplices & abundare faciat (*κατεργα-*
σεισας) *charitatem vestram in inuicem & in omnes,*
quemadmodum & nos in vobis, id est, quemad-
modum nostra charitas abundat erga vos: ad
confirmanda corda vestra sine querela, in sanctitate,
ante Deum & Patrem nostrum. An hoc Pauli
 votum inane fuit, aut de sua charitatis abun-
 dantia mentitus est? Deinde, an non apertis-
 simè docet hanc charitatis abundantiam in
 hunc finem à Deo fidelibus dari, vt confir-
 mentur seu roborentur, *eis ro suplicat* corda
 fidelium contra peccata & contra aduersa
 sine querela? *ἀνεπιζητῶς*, id est, vt sine crimine
 viuât, & ea vite puritate, vt nihil sit quòd iu-
 stè de illis quispiã cõqueratur, aut vnde eos
 meritò reprehendat, *ἐν ἀγιοσύνη*, in sanctitate,
 idque *ante Deum Patre nostrum in aduentu Domini*
nostri Iesu Christi cum omnibus Sanctis eius. Amen.
 Hæc est vera iustitia inhærens, vera vitæ pu- ^{In iustitia}
 ritas & sanctitas, etiam coram Deo, ex vnus ^{inhærens.}
 charitatis abundantia cordibus nostris dif-
 fusa dimanans: quæ vna corda nostra con-
 firmat & roborat, tanquam primarium do-
 num Spiritus Sancti paraleti nostri. Huic
 igitur voto & comprecationi suæ exhorta-
 tionem subiūgit Apostolus: *De cætero, fratres,*
rogamus vos & obsecramus in Domino Iesu, vt
quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat

vos ambulare, & placere Deo, sic & abundanter abundatis magis: *ἵνα περισσοῦτε μάλλον*. Hinc tur eos in bonis operibus magis ac magis abundare, vt Deo placeant Vocabulum *ἵνα* tur *περισσολας* iustitiam impetratam modo probat, sed iustitiam inhaerentem iuxta perpetuam Pauli doctrinam luculentè demonstrat.

August.
de pecc.
mer. &
remiss.
lib. 1.
cap. 1.
Autit.
sis vera
ter Chri-
stum &
Adam

Porro hæc vna sententia, quã ita corrumpere voluit Beza, antithesim inter Christum & Adam à contrario vtrinque effectu periculis ostendit. Sicur vnus delicto mors regnauit vnum, id est, propter vnus Adami peccatum omnes mortui sunt, quatenus ita dominatur

Ibidem
cap. 13.

hominibus reatus peccati, vt ad mortem seculi trahat, ait Augustinus; sic per vnum Iesum Christum (mediate illa abundantia gratiæ, & donatione iustitiæ, quam Apostolus interponit) vita regnabit; id est, vt exponit Augustinus tanta iustitia hominibus donatur, vt cum Adam senserit ad peccatum suadenti, non cedant isti cogenti. Per Adæ igitur delictum dominatur in homine peccatum, sed per abundantiam gratiæ & donatione iustitiæ, quam per Christum accipimus, nos dominamur peccato.

Infra c. 6.

postea Paulus dicit. Hoc est in vita regnare Christum, scilicet in vita gratiæ regnũ & victoriam obtinere contra diabolum quomodo debet cogentem, contra carnem, contra mundum. Nam & ideo adhuc inferius addit Apostolus, volens se intelligi de accepta non in

putata iustitia, ideo superabundasse gratiam, ut
 sicut regnavit peccatum in mortem, ita & gratia
 regnet per iustitiam in vitam eternam. Gratia au-
 tem regnat per iustitiam, quia per operatio-
 nem iustitiæ luculenter apparet, quod non re-
 gnat peccatū in mortali corpore nostro, sed regnat
 ipsa gratia, mater & effectrix bonorum ope-
 rum. Hanc consecutionem Paulus disertif-
 simè docet infra cap. 6. Peccatum vobis non do-
 minabitur. Causam subiungit: Non enim estis
 sub lege, sed sub gratia. Vbi docet hunc esse
 propriè effectum gratiæ regnantis, ut pec-
 cati dominium tollat, & iustitiam operetur.
 Quem sensum ab Augustino traditum am-
 plectitur illo loco Beza. Quo maior eiusdem
 hoc loco impudentia, qui gratiam regnan-
 tem per iustitiā sic exponit: Gratia (inquit)
 vocat Paulus gratuitam iustitiā Christi imputatio-
 nem. Qua etiam impudentia & fallendi libi-
 dine infra ad vers. 20. vbi Paulus dicit, su-
 perabundavit gratia, exponit Beza: Gratiam vo-
 cat gratuitam iustitiā imputationem. Atqui nec
 vquam Paulus de tali imputatione loquitur
 (atque aded in vniuersa Scriptura iusti-
 tia Christi imputatio non legitur, sed figmen-
 tum est hæreticorum nostri temporis) nec
 vquam clariùs contra fictitiā illam impu-
 tationem disputavit quàm hoc loco: Accipere
 abundantiam gratiæ, donari nobis iustitiā, gratiam
 in nobis regnare per iustitiam; iustos nos constitui
 per Christum, sicut per Adamum constituti fuimus

Gratia
 quomo-
 do regnat
 per iusti-
 tiam.

Rom. 6.
 16.

Annot.
 ad ver. 16.

Beza im-
 pudens
 corrupte-
 la.

T 5 pecca-

peccatores; (quæ omnia in hac disputati-
 one Apostolus dixit) gratiæ imputati-
 onis alienæ iustitiæ ex diametro repugnât. Quæ
 imputatur extrinsecus, non accipitur intrin-
 secus; non donatur; non constituitur aut per
 aliquid in eo cui imputatur: denique non reg-
 nat gratia in nobis per alienâ iustitiâ, sed
 per nostram, sicut regnat peccatum in corpore
 nostro non per aliena peccata, sed per nostra
 obediendo concupiscentiis eius. Sicut aliud est
 esse in nobis peccatum, aliud regnare, quod
 illud de solo originali vel fomite & causa
 peccati intelligi possit, hoc verò non nisi
 actuali & dominante peccato, sequendo concu-
 piscencias eius, intelligi debeat: sic aliud
 est, esse in nobis gratiam Dei; aliud, gratiam
 regnare per iustitiam. Esse enim in nobis gra-
 tiam Dei intelligi potest necdum operans, ut
 fœta & gruida honorum operum: quatenus
 mentem aliqui ad opus non educunt, ac quatenus
 in vacuum gratiam Dei. Sed regnare gratiam per
 iustitiam, nullo modo intelligi potest, nisi
 quatenus iustitiæ opera producit, & ex hoc
 effectu regnum ac vim suam in nobis
 monstrat. Quare gratuita alienæ iustitiæ
 imputatio huic Pauli loco omnium ratio-
 num convenire potuit. Sed satis habet Beza
 uno verbo hoc suum venenum in se in-
 gere, totamque Apostolicæ disputati-
 onis puritatem inficere, verbi autem sui nullam
 rationem adfert, quia nec adferri potest.

Imputa-
 tione in-
 flit-
 tia euer-
 situr.

Rom 6.
 vers. 12.

2. Cor. 5.

Gratia per
 iustitiam
 regnans,
 est opera-
 tione iusti-
 tiæ.

totam reclamante litera Apostolica.

Iam vero quia Beza in huius loci expositione merito reprehendit Erasmus, quod Origenem potius quam Augustinum sequi maluerit & addit, unum penè Augustinum, à Pelagianis videlicet excitatum, hunc locum rectè tractasse, quomodo Augustinus anrihesim hanc inter Adamum & Christum à Paulo hoc loco agitatam intellexerit, audiamus. Sanè inhaerentem nobis per Christum iustitiam ab Apostolo hoc loco doceri luculentissime docet. Ait Beza, rectè prorsus observasse Augustinum contra Pelagianos, si per Adamum peccatores sumus per solam imitationem peccati eius, nos per Christum sola quoque imitatione fieri iustos. Sed nò rectè observavit Beza quid præterea Augustinus dicat, quando sola imitatione iustos nos fieri negat. Sic enim scribit Augustinus: Christum imitantur sancti eius ad sequendam iustitiam: unde & idem Apostolus dicit, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Sed præter hanc imitationem, gratia eius illuminationem iustificationemque nostram etiam intrinsecus operatur. Sicut ergo ille in quo omnes vivificabuntur, præterquam quòd se ad iustitiam exemplum imitantibus præbuit, dat etiam sui spiritus occultissimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit & parvulis; sic & ille in quo omnes moriuntur, præterquam quòd eis, qui præceptum Domini voluntate transgrediuntur, imitationis exemplum est, occulta etiam tabe concupiscentia sua tabificavit in se omnes de sua stirpe venientes.

Hæc

Augustini doctrina ad quem Beza appellat.

Annot. ad vers. 12.

De pecc. mer. & remiss. lib. 1. c. 4

Hęc ille. Non igitur sola imitatio Christi
 cit iustum, sicut nec sola imitatio Ada
 facit peccatorem. Sed tamen sicut qui A
 mū imitatur, ex eo peccator fit; sic qui Ch
 stum imitatur, ex eo iustus est. Ceterum
 cur præter imitationem Adami est in om
 bus nondum renatis occulta ex Adamo
 ruptio, quæ sola eos peccatores constituit
 ad peccatum inclinatio, cui consentiens
 grauius peccant, & impietatem augent.
 præter imitationem Christi, est in omnibus
 in Christo renatis occulta renouatio per
 cultissimam Spiritus gratiam illis impartit
 atque abunde infusam, quæ eos primiti
 uo iustificat, & ex impijs iustos, ex filijs iræ
 Dei facit, & cui postea cooperantes
 ex insito semine fructificantes, iustitiam
 agent, magisq; ac magis iustificantur. Hanc
 occultam communicationem gratiæ, occu
 ta per Adamum corruptioni oppositam,
 nos ita iustificat, sicut altera condemnat.
 hac Apostoli disputatione iterum implet
 Augustinus. Tractans enim hæc Apostoli
 verba de peccato per vnum hominē
 te, in quo omnes peccauerunt, ait: Legimus
 iustificari in Christo qui credunt in eum, propter
 tam communicationem & inspirationem gratiæ
 ritualis, qua quisquis hæret Domino, vnus spiritus
 est, quamuis eum & imitentur sancti eius.
 iterum paulo post: Si propterea Christus
 est in quo omnes iustificentur, quia non sola

vbi supra
 cap. 10.

Cap. 15.

imitatio iustos facit, sed per Spiritum regenerans gratia, propterea & Adam vnus est in quo omnes peccauerunt, quia non sola eius imitatio peccatores facit, sed per carnem generas pœna. Nempe vtro-
 bique omnes in Christo iustificantur, & omnes in Adam peccauerunt: quia vt Adam omnibus peccati quod singulis inhæret, & à singulis contrahitur, causa fuit, per propagationem carnalem occulta nobis tabe & corruptione communicata; sic Christus omnibus iustitiæ quæ singulis inhæret, & à singulis accipitur, causa fuit, per generationem spiritualem occulta nobis gratia & renouatione communicata. Sic Apostolum intellexit Augustinus, quem penè solū hunc locum restè tractasse agnoscit Beza. Quibus ira explicatis, quàm nihil hîc prorsus de imputata aliqua Christi iustitia Apostolus disputet, quàm disertè & luculenter inhærentem nobis iustitiã (quam tantopere execratur execrandus ipse Beza) Apostolica hæc antithesis inter Christum & Adamum confirmet ac corroboret, luce meridiana clarius factum est.

Fictitia Bezæ antithesis penitus vana & impia ostèditur, ex ea parte qua dicit, Christum & Adamum in eo similes esse, quod vterque, quod suum est, cum suis communicat. Non enim Adamus suum peccatum ab eo propagatis communicat, vt Beza exponit; sed suam ex peccato corruptionem & occultam tabem, vt

Communicatio peccati & iustitiæ fictitia.

D. Augu-

D. Augustinus docuit. Tenenda est Apostoli sententia, *Omnes in Adam peccauerunt*. Peccauerunt autem contrahendo peccatum, & contrahendo, ut ipsi peccatores constituerentur. Quare est in singulis proprium peccatum originale, & singuli singulas maculas & culpas habent originales. Si suum peccatum Adam omnibus ab eo propagatis communicasset, unicum tantum esset in illis omnibus peccatum unde peccatores dicerentur; sed unicum Christi iustitiam in omnibus imputatis, unde iusti dicantur, ponunt haereticus. Nunc autem attentè aduertere debebant, unum aut unicum esse originale peccatum in omnibus, sed in singulis unum tale esse, singulos originaliter peccasse, singulos tamen uno peccatores constitui, denique singulos filios irae esse; non quia peccatum commisit Adam, illorum propriè esse illis imputatur, sed quia peccatum Adam originaliter est, & ab Adam originale accepit ac causam, quod ab illo naturaliter contrahunt. Quare non dicit Apostolus quòd vnus Adami inobedientia peccatum constituit multos (sic enim videretur, quod suum est, id est, suam inobedientiam, communicasse, ut ab ea sola omnes denominarentur peccatores, utcumque in se tales essent; sicut à sola Christi iustitia denominantur iustos, licet impij in nobis ipsis similibus pertine in superioribus docuit *Beza) sed dicit

Christus
& Adam
sunt cause
originales
non for-
males.

* Ann. ad
Rom. 4.
vers. 5.

quod per inobedientiam Adæ constituti sunt peccatores multi. Similiter non dicit, quod obedientia Christi constituit iustos, sed quod per obedientiam Christi multi constituti sunt iusti. Vterque ut causa efficiens atque originalis ponitur, non ut causa formalis. Inobedientia Adæ non est nostra formaliter, ut ille actus inobedientiæ Adami nobis imputetur, nosq; propterea solum inobedientes dicamur quia ille non obediuit, nulla alia in nobis culpa macula inhaerente; quod totum hæretici fatentur. Similiter ergo dicendum est: Obedientia Christi non est nostra formaliter, ut eius obedientia totaque iustitia nobis imputetur, nosq; propterea solum iusti & obedientes Deo censeamur quia Christus obediuit & iustus fuit, nulla alia in nobis inhaerente veri nominis iustitia, propter quam iusti nominemur & simus; quod totum hæretici fateri debent, ut antithesis Apostolica, ipsaque verborum proprietates, & simplex atque apertus literæ Apostolicæ sensus retineatur.

Similitudo Christi & Adami vera.

Porro ex hac explicatione, varia & pu-
denda Bezae glossemata, quibus totum Pauli
contextum impiè depravat, manifestè re-
tineantur. Quod Paulus dicit ver. 18. Per
vnam iustitiã in omnes homines in iustificationẽ vitæ,
διεως δικαιωματος εις παντας ανθρωπους εις δι-
καιοσυνην ζωης, vertit ille hoc modo: Per vnam
iustificationem in omnes homines ad iustificationem
vitæ. Ita duo diuersa Pauli verba, quæ ipsemet
Beza

Beza varia glossemata retineantur.

Beza affirmat non rem eandem significare, in
 manus quadam argucia tribuatur Apostolo, ean-
 dem tamen vocem conuertit, quasi nihil
 different, sed rem eandem significare.
 Moxque expositionem adfert à suo ma-
 sano cerebro inuentam, & à sensu Aposto-
 iam à nobis vberius explicato latilissime di-
 ferentem: δι' εἰνος δικαιοματός (quod non
 interpretes, per iustitiam vnus Christi, ille, per
 vnā iustificationem, vertit) Ipsam (in
 iustificationis nostrae materiam hic declarat ad-
 ctu, nempe ipsius Christi obedientiam, cuius ma-
 tatio nos iustos in ipso facit, quam paulo ante
 uit χάρισμα, quod Deus gratis eam nobis largitur.
 Triplex est in hac expositione impositio
 δικαιοματὸς sanè hoc loco, id est, vnus Christi
 stitia, vt vetus interpretes vertit, est ipsa Ch-
 sti obedientia: sed illa obedientia & iustitia
 Christi, non est materia iustificationis nostrae
 ab effectu, id est, nō est res & materia illa
 nos iustos facit, sed est causa iustificationis
 nostrae efficiens; sicut *Adami delictum* (quod
 huic iustitiae opponit Paulus) non est ma-
 ria condemnationis nostrae ab effectu, id est,
 non est res illa & materia quae nos condem-
 nat aut reos facit coram Deo, sed est causa
 condemnationis nostrae, quatenus ab eo
 pagati delictum illud contrahimus. Deinde
 huius iustitiae Christi imputatio nō facit
 iustos in Christo, vt Beza dicit; sicut
 imputatio delicti Adae facit nos reos coram
 Deo.

Christi
 obediētia
 non est
 materia
 iustifica-
 tionis
 nostrae.

Deo, vt iam antea explicatum est. Imputationem hanc semper asserit & fingit Beza, sed in Scripturis nunquam illam ostendit. Tertio; hanc imputationem Paulus non vocauit antea *χαρισμα*, gratiam, quum de hac imputatione non sit hactenus loquutus. Sed gratia seu *χαρισμα* quam Paulus in hoc capite opponit *τῷ κριματι*, iudicio ex vno Adam inuecto ver. 16. significat proprie beneficium redēptionis, quod multa delicta condonat & delet ad iustificationem, quum iudicium per Adamum inuectum ex vno tantum delicto valuerit ad condemnationem: dicit enim Paulus; *Sed non sicut per vnum peccatum, seu peccantem, ita & donum.* Nam iudicium quidem ex vno, supple peccato originali, re exponit August. epist. 89. in condemnationem, gratia autem ex multis delictis (quæ videlicet ipsi originali adiecimus) ad iustificationem. Moxq; in sequenti sententia hoc, quod iam dixerat, confirmat Apostolus, explicans illud *χαρισμα*, illam gratiã, & manifestè ostendens de qua gratia loquebatur, dicens: *Si enim in vnius delicto mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum.* Ecce, exponit hîc Apostolus, gratiam ex multis delictis ad iustificationem, esse abundantiam gratiæ & donationis iustitiæ, &c. Sed hanc inhaerentem esse iustitiam, superius luculenter ostensum est. Ergo hoc nomine

V

impu-

Rom. 5.
15.

imputatiuam iustitiam intelligere non
tuit. Sic triplex hoc loco Beza impo-
triplexque mendacium manifeste con-
citur.

Imputa-
tiaz iusti-
tiz fun-
damerum
succititur.

Iam ad alterum Pauli verbum veniamus
δικαιοσις vero (ait Beza) το καλαξιματι
damnatorie sententia, opponitur. Verum quibus
hoc est. Sed quid ex eo inferat Beza, ad-
tamus: Quemadmodum igitur reatum con-
condemnatio, ita etiam per fidem imputata
Christi iustitia in reatus vicem succedens, quibus
suis sanguis eluit, efficit ut à Deo iusti declarerentur
ac proinde vitam eternam consequamur. Totum
speculatio ex ipsis Pauli verbis clarissime
feliciter. Primum enim iustificatio, dicitur
hoc loco cōdemnationi opposita, vocatur
Paulo *δικαιοσις ζωης*, iustificatio vite, id est
ipse Beza postea exponit, iustificatio vite
viuifica: id est, effectus est *τς εως δικαιοσυλας*,
Christi iustitiæ & obedientiæ. De hac
dixit Paulus: Per vnius iustitiam in omnes
nes in iustificationem vite. Quemadmodum
ipsa cōdemnatio ex delicto Adæ inuenitur
verum reatum habet adiunctum, propter
quem peccatores iuste cōdemnantur. Hanc
iustificatio vitalis & viuifica, per Christi
dientiã procurata, veram iustitiam & iustitiam
tatem inhaerentem habet adiunctam, propter
quam iustificati in Christo veram iustitiam
nominantur & sunt. Hanc esse Pauli veram
& genuinam sententiam, & hunc esse
oppositi
tentia
gens:
(Adæ
ira &
nem id
iusti con-
erunt,
Imputa-
tur con-
fieri ius-
sed finis
non po-
tus por-
tatem
tia om-
excludit
esse rat-
dispur-
fuisse d-
ad reat-
genera-
obedit
omnib-
sum, n-
vra De-
est secun-
Quibus
propria
sunt ius-
in seipsis

oppositionis sensum, in sequenti statim sen-
 tentia Paulus explicatius ostendit, subiun-
 gens: *Sicut enim per inobedientiam vnus hominis*
(Adæ) peccatores constituti sunt multi, verè filij
*iræ & rei coram Deo ; sic & per vnus obedi-
 tionem (id est, Christi obedientiã & iustitiam)*
iusti constituentur multi, qui verè tales in seipsis
erunt, non ex seipsis, vt antea ostensum est.
 Imputata igitur aliqua iustitia non opponi-
 tur condemnationi à Paulo, qui, *constitui &*
fieri iustum, huic condemnationi opponit ;
 sed fingitur à Beza. Deinde, *imputata iustitia*
 non potest in reatus vicem succedere, quum rea-
 tus ponat in peccatore iniustitiam & impie-
 tatem in hærentem, imputatiua autem iusti-
 tia omnem in hærentem iustitiam penitus
 excludat. Debet autem contrariorum par
 esse ratio, nisi fortè contra totam Apostoli
 disputationem dicere velit Beza, fortius
 fuisse delictum & inobedientiam vnus Adæ
 ad reatum & iniustitiam ab omnibus ex eo
 generatis contrahendum, quàm iustitiam &
 obediionem vnus Christi ad veram iustitiam
 omnibus in eo regeneratis cõferendam. Rur-
 sum, nulla imputata iustitia efficere potest
 vt à Deo iusti declaremur, quia *Dei iudicium*
est secundum veritatem, vt antea Paulus docuit. Rom. 2.
 Quibus aliena imputatur iustitia, & nulla
 propria in hæret, secundum veritatem non
 sunt iusti, sed, vt ipse Beza antea falsus est,
in seipsis (hoc est, reuera) iniusti & impij. Po-
 stemò,

Imputata
 iustitia nõ
 potest in
 reatus vi-
 cem suc-
 cedere.

Apostoli-
ca Scrip-
tura per
Beza cor-
ruptela.

stremò, Paulus nō dicit per Christi iustitia
aliquos declarari iustos, sed multos confite-
stos. Adeò tota Beze explicatio summa
pietatis plena est, ac disputationi Pauli
ex diametro aduersa. Sed sic inuerti, peccati,
corrūpi, deprauari Paulus debuit, ut in-
tatiua hæreticorum iustitia quoquo tamen
modo fabricetur. Sic enim præcedentibus
subiungit Beza: Id autē ego disertè annota-
putaui, non modo ut inter *δικαιοσύνη* & *δικαιώσις*
quod sit hoc loco discrimen ostenderem, sed etiam
intelligeret lector in hoc capite *δικαιοσύνη* etiam
amplius declarare quàm in superiore. Nam peccato-
rum remissione (id est, imputata Christi satisfac-
tione) dicimur iustificari, id est, per soluta peccatorum
pœna ut insontes absolui: obedientia vero Christi
imputata etiam iusti declaramur, ut ex ipsa
formula vitam æternam petere possimus, quem Christus
quem fide posidemus, omnem iustitiam nos
impleuerit. Ecce, profiteretur se distingueretur
sensu à se conficito & disputationi Pauli
prorsus contrario) discrimen inter *δικαιοσύνη*
& *δικαιώσις*, inter iustitiam seu redemp-
tionem Christi, & iustificationē viuificā, quæ
assequimur per illā redemptionē, ut in-
geremus in priori esse imputatā satisfactio-
& absoluionem à pœna, in posteriori
esse imputatam nobis Christi obedientiam
ex cuius imputatione iusti declaramur. Quia
quia huic distinctioni manifestè repugnat
videbat eisdem verbi *δικαιοσύνη* vsum in
ecclesiæ

cedent.
mentu
ne vritu
hoc ven
ab eo
firmat
Paulu
prorsus
seu dix
catione
su hoc
Mortuus
homin
loquitu
imputa
illa iust
peccato
nostram
quia iu
interna
bulam
docere
resurre
seu nou
mus, i
Spiritus
tus. Pau
formis,
talem a
obediē
& hoc

cedenti Pauli disputatione; ne ex illa com-
mentum eius praesens refutetur, occupatio-
ne utitur, affirmans aliter eo loco à Paulo
hoc verbū vsurpari, & aliter hoc loco: quod
ab eo impudenter asseritur, nulla ratione
firmatur. Clarum enim & perspicuum est,
Paulum eo in loco, in fine cap. 4. eadem
prorsus collatione facta inter Christi iustitiā,
seu δικαιοσύνη nostrāque δικαιοσύνη seu iustifi-
cationem ex ea consecutam, eodem in sen-
su hoc verbo uti. Ait enim illic de Christo:
Mortuus est propter delicta nostra. Hæc est vnus
hominis iustitia, de qua Paulus hoc loco
loquitur; hæc est Christi satisfactio nobis
imputata; hæc est absolutio à pœna, & prior
illa iustificationis nostræ pars ex remissione
peccatorum: Et resurrexit propter iustificationem
nostram, δια τὴν δικαιοσύνη ἡμῶν, id est, tum
quia sua resurrectione renouationē nostram
internam, secundum quam in nouitate am-
bulamus, expressit, vt Paulum infra cap. 6.
docere ostendimus: tum quia non nisi post
resurrectionem Christi dona Spiritus Sancti
seu nouam regenerationem nostram accepi-
mus, iuxta illud D. Ioannis: Nondum erat Ioan. 4.
spiritus s. datus, quia nondum erat Iesus glorifica-
tus. Paulus sibi vtroque loco similis & con-
formis, δικαιοσύνη iustificationem nostram vi-
talem ac viuificam ab ipsa Christi iustitia &
obediētia distinguit, vt effectum à sua causa,
& hoc vocabulo, regenerationis gratiam,

Beze cor-
ruptela
alia refu-
tatur.

V s qua

qua formaliter iustificamur, merito ob
 dientiæ Christi nobis collatam, designat
 Δικαιομα seu iustitia hoc loco vnus homi-
 nis est, & solius Christi, sicut ἀμαρτια, deli-
 ctum quod illi opponitur, solius Adæ fuit
 sed δικαιοσις ζωής, iustificatio vitalis quæ
 illa Christi iustitia nobis confertur, in qua
 est beneficio Christi, Christi gratia regenera-
 ris, nosque ex ea *iusti constitumur* coram Deo
 vt Paulus loquitur; sicut καταραμα, con-
 demnatio quæ ex delicto Adæ prouenit, in qua
 omnes & super omnes illos est, qui ex
 carnaliter propagantur, & ex ea rei coram
 Deo peccatores constituuntur & filij ira.
 Iam enim condemnatio ex Adæ delicto con-
 quita, est vera corruptio & mors animæ
 quam ipse Adam primus sensit, comedit
 delicto vetito; non est aliqua imputata cor-
 ruptio. Sic iustificatio per Christi iustitiam
 collata, est vita animæ & interna renouatio
 nostra, non aliqua imputata nobis & ex
 nos iustitia Christi, vnde declaremur
 tamen in nobis ipsis simus iniusti & impii
 vt impiè Beza docet. Nihil magis vel impu-
 tatiuam hæreticorum iustitiam subuenit
 vel veram & inhaerentem nobis Christi
 beneficio iustitiam probat, quam hæc
 Christum & Adamum comparatio Apo-
 stolica. In ea igitur egregiè deprauada graue
 laborare, & Caluini hac in parte negligetiam
 sarcire Beza voluit.